Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

Hereditas dni fuit populus iudaeorum. quamdiu puro animo ei seruiebat, hanc hereditatem appellauit et uirgam. propter mor sen famulum eius, per montem sion hierosolimam significat ciuitatem. in qua israheliticus populus habitabat.

Redemisti uirgam hereditatis tuae. mons sion in quo habitasti in eo.

Gloriantur peccatores. cum instinctu diaboli ex di odio scos martyres poenis affligunt.

Leua manus tua sin superbias eorum in finem. quanta malignatus est inimicus in sco.

Et gloriati sunt qui oderunt te. in medio solemnitatis tuae.

Leuata est ergo in ipsis populis potentia di. quando superbiam eorum gratia humilitatis commutauit, perducens eos in finem. id est in dnm saluatorem, inimicus significat populum romanorum. qui illo tempore insignis idolorum cultor habebatur. qui malignatus est in locis scis eius.

Posuerunt signa sua signa.

Posuerunt romani exercituis signa scilicet aquilas dracones. quib. in proelio uti solebant, addit signa. ut ipsa repentino commouerent iudicem aduindictam celerem, et non cognouerunt, quod si cognouissent. tibiutiq. sacrificarent, et non elegissent addemonum redire cultura, et signa sua sup summum. intuo templo sco posuisse memorantur, quemadmodum solent principes ciuitatis in plateis collocari. ut memoria uiuentium instruatur uisis tubis.

Ianua enim aiano dicta est. quod per ipsum anni utputabant preberetur ingressus, ergo ut ciuitatem illam in modum siluarum ostendat fundi tus esse uastatam. per haec instrumenta fabrilia. dicit esse deiectam.

Quasi in silua lignorum securibus excciderunt ianuas eius in idipsum. in securi et ascia deiecerunt eam.

Incenderunt igni sanctuarium tuum. in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Crescit dolor. ubi calamitas euersionis augetur, templum fuit. qd salomon mirabili aedificatione construxit, istud enim templum quod uastabat uirtus celestis manus pollut uastatoris, et usq. ad ipsam culmina